Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)





Ave vox ecclesie ultra omnis salutis tabernaculis iustorum.

Psallat ecclesia mater illibata et virgo sine ruga honorem huius ecclesie. Hec domus aule celestis probatur particeps. In laude regis celorum et ceremoniis. Et lumine continuo emulans aurate sine tenebris. Et corpora ingremio confouens animarum quæ in celo viuunt. Quæ dexera precatur dei. A d laudem ipsius dni. Hic noua plenitudo gratiæ partitur secunda spiritui sto. Angeli aures iustitiæ hic suos et corpus sumitur ihu. Fugiunt vniuersa nocua corporis. Pereunt peccatorum animæ crimina. Hic vox letitiæ personat. Hic pax et gaudia redundant. Hæc domo trinitati laus et gloria semper resultat.

Sdm Lucam.

In illo tempore. Egressus ihs pambulabat iericho. Et ecce vir nomine zacheus. et hic erat princeps publicanorum. et ipse diues. Et quærebat videre ihm quis esset. et non poterat præ turba. quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sicomorum ut videret illum. quia inde erat transitur. Et cum venisset ad locum. suspiciens ihs vidit illum. et dixit ad eum. Zachee festinans descende. quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit. et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes. murmurabant dicentes. qd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem zachei. dixit ad ihm. Ecce dimidium bonorum meorum dnе do pauperibus. et si quid aliquem de fraudauit. reddo quadruplum. Ait ihs ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est. eo qd et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere et saluum facere qd perierat.

Credo in vnum. Off. Domine de tuis in simplicitate cordis mei